

debita Venerationis praefamine nobis commemorandus est **ILLUSTRISSIMUS DOMINUS, DOMINUS FRIDERICUS STEENBOCK COMES DE BOGESUND &c.** Dn. noster Gratosissimus, qui postquam, è Suecia in Germaniam primum delatus, deinde in ultiores Italia Gallia &c. regiones, quas nunc perlustrat, abiturus, alma nostra Altdorfina hospitio in tertium annum usq₃ frui dignatus est, ut in aliis scientiis summo loco natos condecorantibus omnibus, ita in Mathematicis quoq₃, tantam industriam collocavit, ut aliis inferiore loco ortis illustri suo exemplo splendidissime praluceret; prout quidem huic ipsi, de quo sermo nunc est, Collegio Curioso Nomen suum primus dare, & sic splendorem maximum aeternumq₃ decus afferre non dubitavit. Quò equidem honore & gratiâ tantò magis excitati, omne studium adhibuimus, ut **GRATIOSISSIMI COMITIS** ceterorumq₃ Sociorum & generis nobilitate & eruditionis laude maximè conspicuorum desideria pro virili nostra expleremus. Fecimus igitur trimestri spatio temporis experimenta compluria, partim ab aliis praemonstrata, partim à nobis excogitata, eo ferè ordine, quem Synopsis Tentaminum nostrorum (id nominis enim his indere conatibus collubuit) tertio ab hac praefatione loco posita obser-

ser-